



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-642246-p0002-7

DFG

COLLEGII FEVDALIS
DISPVATATIO IV.

De
RE BVS QVÆ IN
FEVDVM DARI POS-
SVNT.

Quam,
Divinâ aspirante gratiâ
In celeberrima VVitebergenſium

Academia,
SVB PRAESIDIO
HELFRICI VLRICI HVNNII
Marpurgensis Hessi U. J. D.

Privati exercitij cauſa proponit
ANTHONIUS NESENUſ.
Ad diem 8. Iunij horis & loco solitis.

VVITEBERGÆ
Typis Laurentij Seuberlichij.

4.9a
11.

¶

Magnifico, Nobilibus, amplissimis, Consultissimisque
VIRIS

Dn. HIERONYMO VOEG LERO
Inclytæ Reipub. Hamburg. Consuli digniss.

Dn. VITO VVINSHEMIO
Comitis Frisiæ orientalis Confiliario ac
archiquæstori solertiss.

Dn. IOHANNI VVINSHEMIO
j. u. d. Comitis Oldenburgensis
Confiliario prudentiss.

Dominis patronis ac Mecœnatibus suis summè colendis
hoc seudistici studij προγύμνασμα in grati animi
testimonium submisse offert ac DD.

Anthonus Nefenus Lippiaco-
VVestphalus Resp.



DISPUTATIO FEUDALIS IV.

De

Rebus quæ infeudum dari possunt.

THESES I.

Eudum, sive beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia numerantur constitui posse, ait Feudista in tit. I. §.

fin. lib. 2. Feud.

II. Ex qua Feudistæ sententia colligitur, tria esse feudi subiecta idonea: Res immobiles; immobilebus cohærentes, & quæ immobilibus annumerantur; De quibus singulis ordine dicemus.

III. Res immobiles sunt; veluti fundus, prædium, area, ædificium, & eius generis alia quæ de loco in locum moveri non possunt: in cuius modi rebus vel maximè feudum constitui posse satis innuit Ictus, dum feudum per solam rem immobilem definit in tit. 23. in fine lib. 2. F.

III. In rebus itaque mobilibus feudum consti-

A 2 tui

tui nequit; Eò quòd caducæ sint ac fluxæ, facileq;
corrumpi ac interire possint: De feudi aut natura
sit ut in perpetuum constituatur. d. tit. 23. in fine.
lib. 2. F. Hotom. in disputat. feud. cap. 14. Sonsbec.
part 2. n. 15. Conrad. Rittersh. in partit. feud. cap. 7.
quest. 2. Rosenthal. cap. 4. concl. 1. Borcholdt de feud.
cap. 6. n. 32. Et seq. Sneidevvin in Epitom. feud.
part. 2. n. 30. vvesenb. in tractat. feud. cap. 7. n. 8.
Vult. lib. 1. de feud. cap. 7. n. 55. Diss. Henric. Bo-
cer in tractat. de substant. feudi. cap. 1. n. 23. Et seq.
Janus de Arcedula in conclus. feudal. cap. 1. con-
clus. 2. n. 8. Ioh. Niell. in disput. feud. 3. th. 3. lit. a.
V. Idq; vel maximè de illis rebus, quarum
usus in assumptione consistit, quarumq; pro-
prietas unà cum usu fructu ad fructuarium trans-
it, verum est, in quibus ne quidem intervenien-
te cautione illa, per quam usus fructus in rebus
istiusmodi constitui solet, feudum constitui po-
test. Cum de Substantia feudi sit, ut proprietas pe-
nes dantem maneat: Usus fructus vero solus ad
accipientem transeat. d. tit. 23. in fine Vult. de feud.
cap. 5. n. 10. VVesenb. in com. feud. 1. 7. Borcholt. de feu.
cap. 6. n. 34. Zas in Epit. feud. part. 4. n. 21. Sonsbec.
part. 8. n. 27. Rosenthal. cap 4. concl. 7. Schrader.
in tractat. feud. part. 3. cap. 1. n. 7. Rittershus. i.
part.

part. feud. cap. 7. quæst. 3. Diss. Mozz. in tractat.
feud. cap. de rebus, quæ in feudum dari poss. n. 17.
Bocer. de substant. feudi cap. 1. n. 31.

V I. Quod idem quoq; in pecunia ex feudo
redacta statuendum videtur Sneidevvin in Epit.
feud part. 2. n. 18. Vult. in com. feud. cap. 5. n. 10 Bor-
cholt. de feud. cap. 6. n. 14. Vesenb. de feud. cap. 7. n.
9. vide Bocer. in d. tractat. de feudi substantia cap. 1.

VII. Cæterum etsi in rebus mobilibus, ut
dictum est, feudum constitui non possit: tamen
consequentiam rerum immobilium in feudum
concessarum, & illas in feudum dari, verius, est.
arg. l. si quando. C. vnde vi. l. si quādo C. de bonis va-
cantibus. Vult. lib. 1. de feu. c. 5. n. 4. Rosent. c. 4. cōcl. 4.

VIII. Vnde quæ perpetui usus caussa sunt in
fundo atq; ad eius instructionē pertinent, quan-
tumvis mobilia sint simul cum fundo in feu-
dum concessa intelliguntur. Vult. d. cap. 5. n. 10.
Borcholt in com. feud. cap. 6. n. 2. E³ 9. Ros. d con-
cl. 4. Schrader. in tractat. feud. part. 3. cap. 1. n. 16.

IX. Secundo feudum in rebus quæ immobilibus
cohærent constitui posse, diximus. Ex illarū ve-
ro genere sunt fructus pendentes, sive solo adhuc
cohærentes, qui, fundo in feudum dato, per con-
sequentiam & ipsi in feudum dati censentur,

A 3 idque

idque dubium vix recipit ullum arg. l. fructus.
44. ff. d. R. vindicat Sneidevvein in Epit feud.
part. 2. n. 31. Zasius in Epitom. feud. part. 4. n. 4.
Borcholt. d. cap. 6. n. II. Covar. lib. I. var. resolut.
cap. 18. Schrader. part. 3. cap. 2. n. 55. E cap. 4. n.
7. Vult. in d. cap. 5. Rosenthal. cap. 4. concl 2.

X. Sed num fructus hi pendentes , & seorsim,
absque solo in feudum cōcedi possint? Magnæ
est difficultatis. Nos generali Icti assertione
moti id affirmandum putemus; dummodo fru-
ctus eius sint generis, ut quotannis renascantur,
Rosenth. in synopsi feudal. cap. 4. conclus. 2. Vult. lib. I.
de feud. cap. 5. n. 4. Borcholt. cap. 6. n. II. Ruding. lib. I.
Var. lect. feud. cap. 65. Diss. Schrader. part. 3 cap. 2. n.
6. E seq. Ian. de Arcedula in concl. feud. cap. I. con-
clus. 6. num. 8. Iohan. Niell. in disput. feud. 3. thes. I.

XI. Præterea inter solo cohærentia vulgo re-
ferunt castrum quod, re immobili; veluti fundo
in feudum concessso & ipsum in feudum datum
intelligitur, arg. tit. 4. §. item si vasallus possederit
castrū. et §. similiter si quis possederit, lib. I. F. Henric.
Bocer. in tractat. de qualit. E diff. feud. cap. 4. n. 15.

XII. Quin & castro, seorsim concessso, territori-
um unā concessum esse, contra Oldradum & alios
quosdam è veteribus, bene defendit Bocerus, cu-
ius

ius etiam sententiæ libenter subscribimus arg. l.
si pupillus 239. §. territorium ff. de v. s. Et l. i. §.
initio ejusdem. ff. de offic. præfect urb. Bocer. in. d.
cap. 4. n. 22. Et seq. Schrader in tractat. feud. part.
3. cap. 4. n. 27.

XIII. Sed num similiter & Iurisdictio intelligatur concessò in feudum castrò? Quæritur. Affirmant plerique; Maximè si in eo concedens cōsueverit exercere jurisdictionem: eò quod tunc jurisdictione cohæreat potius territorio quam personæ. Zaf. in Epitom. feud. part. 4. n. 20. Bartol. in l. inter eos ff. de acquir. rer. dom. Vult. cap. 5. n. 5. Vesenb. in paratit. ff. de Iurisdict. et in tractat. feud. cap. 7. n. 6. Matth. Stephani in tract. de Iurisdict. lib. 1. cap. 38. n. 7. Covarr. lib. practic. Quæst. cap. 1. n. ult. Menoch. lib. 3. præsumpt. 97. n. ult. Iohan. Henric. Linck. in tractat. feud. part. 2. n. 52.

XIV. Verùm contrariam sententiam, quòd immo jurisdictione in dubio personæ potius, quam castro cohæreat adeoque concessione castri, jurisdictione nequaquam transferatur, veriorem putamus & omnino recipiendam, l. eum qui, ff. de Iurisd. l. fin. ff. de offic. præfect. urb. l. potestatis ff. de v. s. l. penult. ff. Nevis fiat. Bocer. in d. cap. 4. nu. 31. Et in tractat. de Iurisdict. cap. 8. n. 15. Et seqq.

XV. Idem.



XV. Idemq; de territorio alicui in feudum cor-
cessō statuendum existimamus, ut nec cum eo in
vasallum jurisdictione translata censeatur. arg. d.
l. fin. ff. de offic. præfect. urbi & l. Eun qui. ff. de
Iurisdict. Menoch. lib. 3. præsumt. præf. 97. num. 6.
Diss. Bocer. in d. tractat. de Iurisdict. cap. 8. n. 21.
post Longovall. in d. l. 3. part. 4. cap. 1. n. 16. ff. de
Iurisdict. & Alciatum in d. l. pupillus. 239. §. ter-
ritorium. ff. de U. S.

XVI. Quod si verò princeps alicui castrum
unā cum jurisdictione in feudum cōcesserit, du-
bium nullum est, quin jurisdictione simplex cum
castro ad vasallum transferit: sed num & imperi-
um mixtum? Ita putamus: cum jurisdictione huic
imperio infit; & vicissim imperium istud juris-
dictioni inseparabiliter cohæreat l. 1. in fin. & l.
fin. ff. de offic. eius Matth. Stephani in tract. de juris-
dict. lib. 1. cap 38. nu. 9. & 10. Ruding. lib. 2. Var.
lect. feud. cap. 14.

XVII. Secus verò imperium: Hoc enim quia
jurisdictioni non inest, ideo generaliter jurisdi-
ctione cum territorio concessâ, non dicetur &
ipsum concessum, arg. l. 1. in pr. & l. fin. ff. de offic.
eius cui mand. est jurisdict. Menoch. d. lib. 3. præ-
sumpt. 97. n. 15. & seqq. Matth. Stephani lib. 1. de Ju-
risdict.

risdict. cap. 35. Bocer. de Iurisdict. d. cap. 8. n. 7. &
seqq. Diss. Covar. in lib. practic. quæst. cap. 1. n. 10.
Fachin. 7. contr. 69 Iohan. Niell. in disput. 3. feud. th.
5. lit. C.

XVIII. Nisi jurisdictione plenissima, sive omnimoda in feudum fuerit data, Tunc enim & imperium merum concessum, esse nihil omnino dubitamus. l. 7. § fin. ff. de offic. procons. Matth. Stephani in tractat. de Iurisdict. lib. 1. cap. 38. n. 11. Lingoval. ad L. 3. part. 4 ff. de Iurisdict. Muscorn. in tract. de Iurisdict. n. 24. & seq: Vasquius lib. 1. Ill. Controvers. cap. 9. n. 9. Covar. in lib. pract. quæst. cap. 1. circa finem. Anton. Fab. in. Rational. ad. L. 7. § fin. ff. de offic. procons. Bronchorst. cent. 1. assert. 17. Vult. in tract. feud. cap. 5. n. 5. Borcholt in comm. feud. cap. 6. n. 35. Sneidevvin in Epit. feud. part. 2. n. 91. Rudin. lib. 2. var. lect. feud. cap. 36. disp. Bocer. in. d. tractat. de Iurisdict. cap. 8. n. 12. vide & curt. Iun. de feud. cap. 1. n. 43.

XIX. Quod si princeps alicui in feudum dederit castrum cum omnibus pertinentijs suis, existimant nonnulli & h̄c cum jurisdictione merum & mixtum imperium transferri ad vasallum. Sed cum jurisdictione, mixtum merumq; imperium castrō sive pago non cohæreāt, nec etiā propriè pertinentium nomine veniant, verior nobis videtur

B

con-

contraria negantiū opinio, *Menoch.* d. præsumpt. 97. n. 38. *Diss. Bocer.* de *Iurisdict.* d. c. 8. n. 24.

XX. Rei porro immobili cohærent res incorporales sive jura: Et ideo illa quoque cum re immobili in feudum dari, consequens videtur d.t. i. in fin. lib. 2. *E. Vesenb.* in *comm. feud.* cap. 7. n. 6.

XXI. Unde servitutes prædio debitæ: Reditus annui, vectigalia, jus patronatus: Et si quæ alia sunt jura, immobili rei inhærentia, rectè unà cum fundo, quamvis illorum nulla sit expressa mentio facta, in feudum concessa intelliguntur, *V Vesenb.* in *com. feud.* cap. 7. n. 6. *Zaf.* in *Epit. feud.* part. 4. n. 9. *Borcholt de feudis* cap. 6. n. 11.

XXII. Immobilibus etam cohærent molenda, quæ & ideo unà cum prædio & fundo in feudum concessa videntur: *Schneidev.* v. part. 2. n. 42. seqq. *Schrader.* in *tractat. feud.* part. 13. cap. 4. n. 34. *V Vesenbec.* in *Epitom. feud.* cap. 7. n. 6. *Vult.* de *feud.* cap. 5. n. 5.

XXIII. Sed & in his nō modo ita in consequētiam rei immobilis: verum per se etiam feudum constitui potest: dummodo terræ sint affixa, sic ut de loco non possint in locum moveri: Et ideo in illis molis quæ aquis innatant nulla ratione feudum constitui posse, verius est *Rosenth.* in *synopst. feudal.* cap. 4. concl. 4. *Vult.* de *feud.* lib. 1. cap. 5.

Ruding.

Ruding. lib. 2. var. lect. feud. cap. 13. Henric. Linck.
in tractat. feud. part. 2. n. 62.

XXIV. Ædificia quoq; fundo cohærent: Igitur & hæc tam per se, quam per cōsequentiam in feu, dum concedi posse, non ambigitur: Quin & cum ipsis ea universa quæ vel affixa sunt illis, vel ad utilitatem & usum corundem pertinent simul transferuntur, arg. l. 31. §. fin. cum ll. seqq ff. de act. empt. l. 41. §. hoc Scutum ff. delegat. i. VVesenbec. in d. cap. 7. num. 6. Schrader. in d. tractat. feud. part. 3. c. 4. num. 2.

XXV. Idem quoq; de sylva dicendum, quæ tam seorsim per se, quam unā cum prædio, cui cohæret, in feudum dari potest, Schrader. part. 3. cap. 4.

XXVI. Sed num sylvâ per se, vel cum fundo in feodium concessâ, venationes etiam simul concessæ videantur? Dubium est. Verior nobis videtur Negantium opinio: Nisi forsitan jus istud venandi ipsi prædio debeatur ac cohæreat, vide Gail. 2. obs. 66. Iohan. Henric. Linck in tractat. feudali part. 2. num. 47. Schrader. part. 3. c. 4. num. 47. vide etiam Ian. de Arcedura in conclus. feud. cap. 1. num. 4. UUesenb. in cap. 7. num. 3. Harpr. ad §. feret num. 163. Inst. d. R. divis.

B 2

XXVII. Quod

XXVII. Quod & ipsum in fluvijs, & stagnis, in
feudum vel per se, vel in consequentiam prædij,
cui adhærent, concessis obtinere videtur, ut nec
tunc jus piscādi unà concessum intelligatur. Vi-
deantur *Authores ad prox. thes. citatos.*

XXVIII. Et hæc quidē circiter sunt illa, quæ im-
mobilibus rebus cohærētia, in feudum dari pos-
sunt. Sequitur nunc de rebus quæ *inter immobilia*
numerantur, & tertio loco in feudum dari posse,
supradicebantur. Ex illarū verò numero est pri-
mò pecunia, quam princeps alicui ex suo ærario
annuatim sub fidelitate ac servitiis præstandis cō-
fert; cuiusmodi feudum de camera appellari, di-
ctum est supra *in disput. 2. thes. 90. per d. tit. 1. in fine*
lib. 2. F. Borcholt. c. 6. n. 13.

XXIX. Itemq; vinum, oleum & frumentū, quæ
ex penuario suo, horreo vel cellario Dominus
annuatim alicui fidelitatis ac servitiorū nomine
concedit; Quod feudum de cavena appellari so-
let *d. tit. 1. lib. 2. F. Borcholt. in d. c. 6. n. 13. Schrader.*
part. 3. cap. 3. n. 2. Rosenth. part. 4. cap. 6.

XXX. Ejusdemq; generis sunt panes civiles,
qui certo tempore dantur his, qui tesseram, id est,
certæ rei signum adferunt, *Sonsbec. de feud. part. 8.*
n. 25. Zas. in Epitom. feud. part. 4. n. 14.

XXXI. Atq; annui redditus, qui immobiliū natū-
rā sequun-

rá sequitur ac imitantur l.fin. §. jubem⁹ C.d. SS. Eccl. l si quis inquilinos ff. de legat. I. Gail. 2. observ. 10. Rosenth. cap. 4 concl. 7. Sonsbec. par. 8. n. 24. Vult. cap. 5. n. 9. Borcholt. in com. feud. cap. 6. n. 15. Schrader. part. 3. cap. 3. n. 2. Et seqq. Zas. part. 4. n. 9.

XXXII. Et deniq; Actiones de rebus immobilibus competentibus Gail. 2. obsf. II. Borcholt. cap. 6. n. 16. Rosenthal. 4. concl. 8. Mozz. de feud. in. cap. de rebus quæ in feud. dar. n. II. Alvarott. in d. tit. I. §. scis endum lib. 2. F. Zas. part. 4. n. II. Vult. d. cap. 5. n. 8. Schrader. part. 3. c. 3. n. 2. Et seq.

XXXIII. Cæterum res isthæ, quas hactenus recensuimus sic demum in feudum dari possunt, si non prohibitæ sint qualibet ratione alienari. 3. §. I. lib. 2. Feud.

XXXIII. Hinc communiter Interpp. Res Eccles. siæ infeudari non solitas, quia alienari non possunt, nec in feudum eas dari posse concludunt, Schneidev. part. 2. n. 4. Et seqq. Duaren. de benefic. lib. 7. cap. 9. Et in tract. feud. cap. 5. n. 4. Hanneton. de feud. lib. I. c. 4. Sonsbec. part. 8. n. 4.

XXXV. Indeq; quænam res infeudari solitæ dicantur, & quæ nō mirum in modum FF. discepunt. E quibus tamen probabilior videtur illorū sententia, qui hoc omne judicis arbitrio committunt. Fachin. 7. controv. 62. Menoch. arbitrar. judic.

quæst. cap. 81. n. 5. Duaren in tractat. feud. cap. 5. n. 6.
vide Ian. de Arcedura in conclus. feud. cap. 1. concl. 4.
n. 6. Iohan. Linck in d. tractat. feud. part. 2. n. 7. Rosenthal. in synopsi feud. cap. 4. conclus. 29.

XXXVI. Veruntamen hanc distinctionem inter res infeudari solitas, & non solitas novissime repudiavit Hermannus Vulteius & quascunq; res Ecclesiasticas, et iam in feudum dari non solitas (exceptis titulis, decimis & primitijs) in feudum dari posse statuit, modò Ecclesiastica persona antiquitus habuerit potestatem infeudandi. Quæ sententia etsi nova est, non tamen fundamentis suis destituitur, & fortassis probabiliter defendi potest. arg. tit. 35. lib. 2. Feud. Vult. in lib. 1. de feud. cap. 5. n. 14. vers. Verum enim vero. pag. (michi) 108. Quem sequitur Iohan. Henricus Linck d. part. 2. n. 11.

XXXVII. Sed num hoc absq; Pontificis & capituli consensu liceat prælato Ecclesiæ, expeditum non est. Affirmantium tamen sententiæ subscribendum videtur. per capit. 2. vers. in primo. extr. de feud. Rosenthal. cap. 4. conclus. 21. n. ult. Zaf. part. 5. n. 47.

XXXVIII. Et quidem, quin extraneo cuivis, etiam laico, res Ecclesiasticæ in feudum dari possint,

sint, dubium non est; Consanguineo autem suo
prælatum Ecclesiæ rem Ecclesiasticam, infeuda-
ri etiam solitam, non posse in feudum dare, mul-
ti docuerunt: A quibus tamen recte alij disce-
dunt. Schrader. part. 4. c. 2. n. 24. Rosenthal cap. 4.
concl. 23. Vult. cap. 5. n. 14. Hartman. Pistor. lib. 2.
quest. 27 n. 30.

XXXIX. Rectius itaq; inter res, quæ infeudari
non possunt, juxta superiorem regulam, refe-
runtur res minores; Has enim nec ab ipso nec ab
alio citra decretum magistratus: immo nec cum
decreto aliter, quam si necessitas postulat, aliena-
ri posse constat l. 22. C. de admin. tut. Sonsbec. in
tractat. feud. part. 8. n. 12. cui. adde allegat supra ad
thesin. 15. 18. E. 19. disputat. 3.

XL. Eiusdemq; conditionis est fundus dota-
lis qui & ipse ex L. Iulia & post ex constitutione
Iustiniani, alienari prohibet, in pr. Instit. quib.
alien. licet vel non. Sonsbec in d. part. 8. n. 11.

XLI. Et res vel statuto vel testamento
alienari prohibitæ: Sonsbecius in d. part. 8. n.
15. & 16.

XLII. Itemq; res alienæ; Quæ tamē si ignoran-
ti fuerint in feudum concessæ, aut accipiens pa-
cto sibi speciali prospexerit, tenet conferens effi-
cere ut vasallus aut feudū servet, aut æquivalens.
aliud

aliud habeat. tit. 8. lib. 2. F. Sonsbec. d. part. 8. n. 33.
Schräder. part. 3. cap. 1. n. 6. Rosenthal cap. 4. conclus.
11. *Vult. de feud.* lib. 1. cap. 5. n. 16. *E* seq. *VVesenb.*
de feud. cap. 7. num. 7.

X L I I I . Res imperij imperator distrahere LL.
imperij prohibetur, Eas tamen in feudum dare
posse supra adversus *Bocerū* defendimus in disp. 3.
thesi 9. ubi vide quos pro sentētia nostra allegauimus.

X L I V . Sic etiam feudum ipsum, quamvis *Fri-*
derici & Lotharij cōstitutionibus alienari, sine cō-
fensu illorum, de quorū præjudicio agitur, pro-
hibitum sit, subinfeudari tamen jure nostro feu-
dali aperte permisum est, tit. 9 26. 34. lib. 2 *Feud.*
Duaren. ca. 5. n. 3. Sonsbec. part. 8. n. 14. *Vult. de feud.*
lib. 1. cap. 10. n. 85.

X L V . Et quidem res propriæ ipsius accipi-
entis frustra in feudum ipsi ignorantι concedun-
tur: scienti verò sic rectè infeudantur, ut is spon-
te tanquam suas animo alienandi & donandi in
feudum recognoscat, *vide Vult. in d. cap. 5. n. 19.*

F I N I S .

Wittenberg, Diss., 1587-1612



Sb

V017

Retrokatalog



Farbkarte #13

B.I.G.

